

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA  
W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ

## PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1657 r.

## WSTĘPNE UWAGI

Od dokonanej w 1619 r. wizytacji<sup>1</sup> minęły długie, pełne wojen lata. W chwili, kiedy archidiakon krakowski Jan Fox przeprowadzał wspomnianą wizytację, rozpoczęła się już wojna trzydziestoletnia, która dosięgła również ziem śląskich. Później Królestwo Polskie ogarnęły bunty Chmielnickiego, najazdy Moskwy i szwedzki „potop”. Jeszcze w Krakowie znajdowała się załoga szwedzka, która dopiero w sierpniu 1657 r. się poddała, gdy z polecenia ówczesnego biskupa krakowskiego Piotra Gembickiego (1642 † 14 VII 1657) ks. archidiakon Mikołaj Oborski<sup>2</sup> udał się w podróż inspekcyjną i z początkiem maja 1657 r. przybył do dekanatu bytomskiego.

Sprawozdania z odwiedzin i kontroli poszczególnych kościołów parafialnych zachowały się w 46 tomie protokołów wizytacyjnych, zdeponowanych w Archiwum Kurii Metropolitalnej w Krakowie<sup>3</sup>. Odnośny interesujący nas wolumen o wymiarach 31 na 21 cm ma prostą oprawę tekturową. Wyniki wizytacji zostały umieszczone w zbiorowej księdze już po konsekracji ks. Oborskiego na biskupa-sufragana. Pismo jest drobne i częste skróty utrudniają odczytanie. Opisy są na ogół szczegółowe i bardzo ważne ze względu na stan kościołów po długoletniej wojnie. Wizytacja odbyła się niestety z nieznanых powodów tylko w niektórych parafiach dekanatu bytomskiego, mianowicie w Tarnowskich Górach, Tarnowicach Starych, Reptach, Mikulczycach, Biskupicach, By-

<sup>1</sup> Ks. F. Maroń, *Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej. Protokoły wizytacyjne z r. 1619*. Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne, t. VII, Katowice 1974, s. 311—348.

<sup>2</sup> Ks. Mikołaj Oborski, syn Jana na Łukowcu i Anny z Olędzkich, urodzony w 1611 r., pobierał nauki teologiczne w Rzymie i tamże został wyświęcony po uzyskaniu doktoratu z obojgu praw. W r. 1637 został przyjęty do kapituły krakowskiej i od r. 1654 był archidiakonem, a od r. 1670 scholastykiem. Konsekracji biskupiej udzielono mu w dn. 4 VIII 1658 r. Diecezją krakowską administrował po śmierci ks. biskupa Gembickiego w 1657 r. i biskupa Andrzeja Trzebickiego w 1679 r. Przygotował procesy beatyfikacyjne Stanisława Kostki, Jana Kantego, Salomei i Kunegundy. Zmarł w dn. 16 IV 1689 r.

<sup>3</sup> Tomus XLVI Visitationum Ecclesiarum. Visitatio decanatus Bytomiensis a perillustri ac reverendissimo Domino Nicolao Oborski, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Laodicensi, suffraganeo archidiacono vicario in spiritualibus et officiali generali Cracoviensi anno Domini 1657.

tomiu, Czeladzi, Grodźcu, Radzionkowie, Piekarach, Kamieniu i Miechowicach. Zupełnie pominięto dekanat pszczyński. Ponieważ we wspomnianym woluminie podano również dane z dekanatów dobczyckiego, oświęcimskiego i żywieckiego, protokoły z dekanatu bytomskiego, przy bieżącej paginacji rozpoczynają się od strony 101.

# 101 *Gory Tarnowskie oppidum*

Ecclesia haec per incolas Tarnomontanas de consensu tl. loci Ordinarii Cracoviensis facto paulo aedificata et a lutherana secta conversa, anno Domini 1634 in catholicam romanam unitatem cessit, nondum consecrata, cuius titulum tl. parochus B. Virginis Mariae Conceptionis instituere intendit. Habet campanile muratum, in quo sunt duae campanae cum horologio, diutius est filia in Tarnowie mater eius. Iurispatronatus tl. Camerae Caesareae Wratislaviensis. Coemiterium muro circumductum. Ciborium in maiori altari est constructum, continens calicem inauratum cum pixide, in qua asservatur sanctissimum Eucharistiae Sacramentum cum patena itidem inaurata et scutella argentea pro communione infirmis danda. Est praeterea pixis argentea apud rectorem ecclesiae Bestwinensis, quam recuperare tl. parochus se suscipiet. Baptisterium lapideum in mimori choro ad ambonam locatum, in quo aqua munda in pelvi stannea est reperta. Olea sacra in chrismali tripartito stanneo in baptisterio asservantur et fascia ex baptismo manus sacerdotis abstergendum. Altaria stabilia seu fixa sunt duo murata et consecrata, in mobili seu portatili super imposito celebratur. Attinentia altarium, corporalia munda septem, purificatoria itidem munda viginti duo. Pallae septem diversi coloris, bursae itidem septem, vela diversi coloris septem, albae quinque, amictus seu humeralia quatuor, cingula tres, lintea varia longolata septem, manutergia duo, mappae variae novem, velum ex tabina coloris viridi ad ornandum altare unum, sex pluvialia, anneus pro communione danda, candelabra aurichalca duo, campanulae tres. Sacrarium seu sacristia murata, bene clausa in qua haec suppelex inventa ecclesiae: calix argenteus, unus locatim deauratus cum patena, crux argentea una, monstratorium argenteum in medio deauratum velo violecei coloris compactum, thuribulum aurichalceum cum navicella stannea, planetae seu casulae diversorum colorum cum attinentiis suis sex, pluviale ex serico villosu cum sua superficie dissoluta unum, antependia diversorum colorum sex, ampullae argenteae par unum. Cista sera fixili et pendenti est clausa, in qua pecunia ex piis fidelium eleemosynis asservantur et per vitricos in usum ecclesiae expenduntur. Libri ecclesiae sunt duo missalia romana, antiphonarium novum per modernum parochum comparatum, psalterium, rituale agendorum, liber veterum agendorum, liber baptisatorum manu tl. visitoris subscriptus, opera D. Nisserii pecunia ecclesiae comparata.

Fundatio seu dotatio ecclesiae supra dictae, ex qua haec ecclesia ab incolis haeticis tarnomontanis est exaedificata ex eo nullam dotem et fundationem habuit, nisi quod ministris haeticis, scilicet quatuor personis et ministris, primo praesidenti, secundo vicesgerenti, tertio rectori scholae et cantori, quarto organario et campanatori antea pendebant, ideo domini commissarii Suae Caesaris Majestatis, dum pellerent ministros haeticos, catholicis sacerdotibus pendere supradictos incolas tarnomontanos inserunt. Habet domum plebanalem cum pomario et horto et quatuor mansis seu laneis agrorum Xięża Rola dictis in quatuor locis distinctis iacentibus, anno Domini 1653 in Tribunali Regali Wratislaviensi regni Bohemiae per tl. Joannem Franciscum Maciejczyk, parochum modernum vindicatum et suo suorumque successorum usui restitutis ministris ante haeticis ex curia oppidi praetorali dabantur residenti plus,

vicesgerenti minus paratae pecuniae tantum, ut pro septimana una utrique eorum darentur tres taleri silesitici, quod facit florenos polonos duos et grossos duodecim, item qualibet septimana praeter consuetum salarium nominatim dabantur duae virteliones parvae siliginis mundaе mensurae bythomiensis, item quolibet quartuali anni dabantur triginta floreni polonici, quos praesidens dividebat quasi parochus inter se et vicesgerentem, item pro hieme quolibet anno ex arce Swirkliniecz dantur et ex civitate hac dabantur ministris haereticis viginti quinque orgiae alias siągi drew gotowych rąbanych alias lignorum paratorum percisorum, quas subditi tam arcis quam civitatis vehebant ad domos parochialem et vicarialem. Item pro quolibet anno dabantur census alias wyderkauff iisdem ministris a summa principali ducentorum talerum silesiticorum in curia praetoriali Tarnomontana anno Domini 16... (dwóch ostatnich liczb nie wypisano) per spectabilem dominum Jacobum Gruzelka, civem quondam tarnomontanum legatorum et provenientium, quos annuatim suis ministris solvebat dictae curiae senatus. Item ex curia praetoriali dicti oppidi dabantur panes pro festis Nativitatis, Resurrectionis et Pentecostes solemnioribus vulgo kukle abo strucle pszeniczne dicti, aequaliter cum aliis consulibus, quorum est in possessione modernus parochus. Item habet tertium grossum ex omnibus commercium et rerum venalium gerentibus, ut in privilegio ab tl. Georgio Friderico Marchione Brandeburgico de die 20 octobris anno Domini 1599 dato et in Camera supremi gubernalis Oberambtici Wratislaviensis et Ratiboriensis sub littera A pro dicto casu subsequente provenientem. Item habet pro beneficiante et fabrica decimam dictam cen od kaźdego Rossku płokanego kruszczu korzec jeden górny abo górniczy i który kościołowi należy y też go na plebanię odnoszą. Item tenentur dare iure interlocutorio faski gleyty XII. Habet etiam domum pro vicario corni a statu plebanali et scholam corni a statu domui vicariali, cuius rectori in quolibet quartuali solvuntur duodecem taleri silesitici. Ad supra dictam ecclesiam spectat tantum oppidum supra memoratum, ex quo numerus confitentium et Pascha communicantium provenit mille quingentorum hominum.

Ecclesia extra civitatem anno Domini 1653 vindicata. Haec ecclesia extra oppidum etiam ut in oppido per incolas tarnomontanos exstructa a.D. 1612. Habet coemiterium obductum raro, in quo sepeliuntur haeretici. Nullam habet dotem praeter hanc, quam legavit Jacobus Gruzelka, civis olim tarnomontanus, scilicet summan quingentorum talerum silesiticorum anno Domini 1617 in curia praetoriali relictorum, cuius census annuum iure vindicat tl. parochus modernus. Ipsa ecclesia usui catholicorum servit, coemiterium sepulturae lutheranorum, a qua ministris haereticis antiquitus, si intra ecclesiam mortuus sepeliebatur, dabantur duo floreni, si extra in coemiterio, unus talerus silesiticus et nunc datur.

103

Hospitale in suburbio situm est, in quo novem nunc sustentantur pauperes ex eleemosyna e curia praetoriali in pecuniis dari solita, habet hortum cum certis agris in duobus locis iacentibus. Habet suos duos provisores per magistratum deputatos, tam catholici quam lutherani. Decretum reformationis pro ecclesia tarnomontana (nie podano).

### *Tarnowice villa*

104

Ecclesia per generosos dominos Nicolaum et Theodoricum Włodkones muro exstructa tituli sancti Martini episcopi et confessoris, consecrata, cuius consecrationis annua dies celebratur dominica prima post festum sancti Aegidii. Habet campanile ligneum, ecclesiae iunctum, quod sustinet duas campanas. Coemiterium muro obductum, quod celerime indiget reparatione. Ossorium ossibus

plenum, sed valde minutum. Iurispatronatus domini loci et aliorum haeredum villae Tarnowice. Ciborium in maiori altari locatum et clausum, in quo pixis aurichalcea cum venerabili Eucharistiae sacramento, quod semel in mense renovatur. Bursa pro eodem infirmis deferendo est. Baptisterium in medio ecclesiae situm et clausum, in quo aqua benedicta non adeo munda est reperta. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito anni praeteriti anterioris in eodem baptisterio asservantur. Altaria stabilia seu fixa sunt tria murata et consecrata et unum mobile seu portatile, quod his fixis seu stabilibus supra imponitur dum celebratur. Attinentia altarium. Corporale unum, purificatoria sex, pallae quatuor, bursae duae, vela diversa quatuor, albae duae, amictus seu humerale unum, cingula duo, lintea longolata quatuor, manutergia sex, mappae variae octo, una ex litura pro ornanda imagine BMV, nuper ecclesiae donata, vascula stannea pro communione dua, ferramenta pro pinsandis hostiis, campanulla una, pannus coloris nigri pro tegendis feretris unus. Sacrarium seu sacristia murata et clausa, in qua haec reperta est suppellex ecclesiae: calix argenteus cum patena locatim deauratus unus, thuribulum aurichalceum parvum et malum, planetae seu casulae diversi coloris cum attinentiis tres, antependia in tela picta tria. Cista duabus fixis et pensilibus clauditur, quarum una clavis penes vitricis ecclesiae, altera penes tl. rectore. Libri ecclesiae, missale unum romanum pervum, liber metricus baptisatorum et matrimoniorum et mortuorum, de caetero nihil. Dotationem seu fundationem habet ecclesia. Haec ecclesia antea fuit filia ecclesiae in Repty, sed ad instantiam et zelum generosorum dominorum Nicolai et Theodorici Włodków, haeredum de Repty, villa Tarnowice in seorsinam parochialem omnibus iuribus matricis paratam per tl. Albertum, episcopum cracoviensem, feria secunda post dominicam Misericordia anno Domini 1415 est erecta et ordinata. Habet duos agrorum mansos seu lanecs in diversis campis iacentes et tertium agrum quinque stadiorum prope ecclesiam incorporatum. Item habet decimas manipulares et campestem grani cuiuslibet frumenti post aratros nobilium haeredum ibidem in Tarnowice et in Pniowiec, in Lasowice et in Zastawie provenientes nec in ferricudinā, alias in Ruda Hanusek Kuźnica dicta. Item habet missalia annua in supradictis villis Tarnowice, Rybna, Opatowice, Pniowec, Sowice et Lasowice, item denarium s. Petri. Et quia oppidum Tarnomontana in fundo supradictae villae Tarnowice est exaedificatum, ex eo decimam manipularem et missalia prout antea solvebantur parrocho locotenenti, super quo commissio ex tl. Camera Caesariae Majestatis emanuit et decretum habetur. Domus plebanalis igne combusta. Domus pro rectore schoelae vetustate collapsa interstes. Ad supra dictam ecclesiam villae spectantes Tarnowice, Rybna, Opatowice, Pniowiec, Sowice et Lasowice, ex quibus numerus pro Pascha confitentium et communicantium provenit mille ducentorum.

#### Decretum reformationis pro ecclesia tarnowicensi.

Pavimentum ecclesiae renovetur. Ciborium bene occludatur. Venerabile Eucharistiae sacramentum semper in quindena renovetur, diesque renovatio-  
nis in tabula aliqua sacristiae scribatur. Bursa sericea cum stola comparetur pro sanctissimo Sacramento ad infirmos deferendo cum scutella saltem stan-  
nea, si non potest fieri argentea pro ablutione danda. Superficies seu summi-  
tas baptisterii nova exstruatur, aqua baptismalis per mappam candidam toties  
coletur quoties postulare necessitas videbitur. Armariolum ad latus Evangelii  
maioris altaris cum bona clausura paretur, in quo olea sacra recondantur, quae  
singulis annis nova accipiantur et vetera in lapide in loco peculiari servari so-  
lito cum festucis ex baptismo relictis comburantur et cineres in piscinam (quae  
intra gradus baptisterii excavetur) bene tectam mittantur. Corporalia, purifica-  
toria et altera linteamina longa, pluria, munda et rigida adhibeantur, tectum

ecclesiae, campanile, ossarium ruinosum et murus coemiterii iam iam collabens, quam primum fieri potest, reparentur et reficiantur, ossa fidelium adhibitis caeremoniis convocato populo in coemiterio sepeliantur. Libri metrices baptisatorum, matrimoniorum recte et ordine abhinc manu parochi scribantur. Exactiones in administratione sacramentorum et sacramentalium non exigantur. Vitrici ecclesiae a cista unam clavem, alteram commendarius habeant et singulis annis pro festo sancti Martini, episcopi et confessoris, rationem acceptarum et expensarum coram rectore ecclesiae et patrono faciant. Libri ad cantum ecclesiae servientes etiamsi ex piorum eleemosynis necessario emantur. De caetero. Rudimenta fidei (zдание niedokończzone).

### *Repty villa*

Ecclesia murata, consecrata, tituli sancti Nicolai, episcopi et confessoris, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum sancti Matthei apostoli. Habet campanile, in quo sunt duae campanae, tertia campanula pro signo in ecclesia. Coemiterium muratum. Ossarium ossibus fidelium mortuorum plenum. Iurispatronatus haeredum villae. Ciborium in latere maioris altaris fixum et clausum, continens pixidem aurichalceam, in qua repertum est vasculum argenteum intus deauratum cum sanctissimo Eucharistiae sacramento. Baptisterium in medio ecclesiae ligneum situm, in quo ahenu-la cum aqua benedicta non adeo munda est repertum, piscina intra gradus eiusdem festucis plena. Olea sacra in chismali stanneo tripartito vetera adhuc reperta, quae in sacrario seu sacristia reservantur. Altaria fixa seu stabilia sunt tria murata et quondam fuisse apparet consecrata, sed nunc sigilla effracta et violata super mobili seu portatili imposito celebratur, quod solum unum est inventum. Attinentia altarium: corporalia tria, purificatoria duo, pallae quatuor, bursae duae, humeralia duo, cinguli tres, lintea longolata sex, manutergia, mappae variae duodecim, ferramenta pro pinsandis hostiis. Sacristia nova fixis foribus clausa, in qua haec ecclesiae suppellex: Calix argenteus intus deauratus cum patena, monstratorium argenteum, crux argentea, planetae diversorum colorum cum suis attinentiis quatuor, pluviale vetus unum. Cista ecclesiae, in qua collecta a fidelibus oblata servatur pro necessitate eiusdem. Libri ecclesiae: Missalia romana duo, unum novae editionis, alterum veteris, rituale agendorum, processionale, liber metrices baptisatorum.

106

Fundatio ecclesiae haec est: Imprimis habet domum pro rectore suo cum pomario et horto et certos agros, quos tl. Franciscus Petrici, dictae ecclesiae nuper factus parochus specificare resumit, adeo diligens in vindicatione ecclesiae bonis alienatis, ut etiam sui iuramenti in institutione eo modo facti oblitus, nec mentionem eorum etiam apud subditos et parochianos suos faciat, ideo hic nihil est scriptum de illis. Habet domum pro rectore scholae.

### Decretum reformationis pro ecclesia parochiali in Repty.

1) Tectum ecclesiae et ipsum campanile quamprimum ubi opus est, reparetur.

2) Bursa sericea pro venerabili Sacramento ad infirmos deferrendo cum stola violacei coloris eidem affixa ac scutella saltem stannea pro ablutione danda comparentur.

3) Ossa mortuorum fidelium in ossorio satis multa reposita paratis caeremoniis circa hunc actum adhiberi debitis, convocato ex ambona populo, absoluto defunctorum officio et sacrosancto missae sacrificio in coemiterio sepeliantur.

4) Armariolum in pariete, ubi nunc est ciborium, ad latus maioris altaris Evangelii excavetur, in quo olea sacra recondantur ac bona seratura claudantur. Olea vero sacra singulis annis nova accipiantur et vetera cum festucis ex

- 107 baptismo remanentes, ne a vagis pro veneficiis subscipiantur, ibidem diligenter servantur, in lapide huic usui accomodato in peculiari loco sacrarii oblito comburantur, cineresque in piscinam immittantur.

5) Aqua baptismalis toties per aquam candidam coletur, quoties necessitas postulare videbitur.

6) Rudimenta fidei singulis diebus festivis et dominicis populo ad divina audienda congregato ex ambona proponantur.

7) Bona ecclesiae alienata iuxta iuramentum in institutione eo modo factum per tl. parochum vindicentur et libri ecclesiae cantui deservientes, ut antiphonarium, graduale, psalterium emanantur, qui nuto opere parochianorum fieri debeat. De caetero tl. parochus in pastoralis cura incumbat, ne sibi illud verdicti dictum audiat: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meam de manu eorum et cessare faciam, ut ultra computeant gregem meam, nec possunt amplius pastores semetipsos. Datum in villa Repty die 3 may 1657 a.

### *Mikulczycze villa*

Ecclesia lignea tituli sancti Laurentii martyris, consecrata, cuius consecrationis anniversarii dies celebratur dominica proxima post festum sancti Matthei apostoli et evangelistae. Habet campanile ligneum ecclesiae coniunctum, quod duas sustinet campanas. Coemiterium sepimento circumcirca obducto et ossorium ossibus mortuorum impletum, cuius tectum malum. Iurispatronatus generosi domini Wolczyński, haeredis supradictae villae. Ciborium ad latus maioris altaris situm et bene clausum, in quo pixis aurichalcea cum sanctissimo Eucharistiae sacramento est repertum. Baptisterium in medio ecclesiae ligneum situatum, mappa candida tectum atque bene clausum, in quo ahenula cum aqua fontali est inventa non munda. Olea sacra non sunt inventa. Altaria fixa seu stabilia sunt tria murata, non consecrata, super portatili seu mobili antea per tl. Wolczyński ecclesiae donato superposito celebrari institutum est. Attinentia altarium: Corporalia duo, purificatoria quatuor, pallae quatuor, bursas duae, vela diversi coloris quinque, alba una, humeralia duo, cingulus unus, lintea longolata septem, manutergia quatuor, mappae septem. Sacrarium muratum bene clausum, in quo haec itidem suppellex ecclesiae reconditur: Calix argenteus cum patena deaurata, alter calix argenteus cum patena locatim intus inauratus, tl. parocho Camenecensi pro duodecim argenteis cochlearibus valoris sedecim talerum oppignorantium et post mortem tl. parochi gardiano bythomiensi fratrum conventualium s. Francisci datus, quousque cochlearia ipsi non redduntur. Monstratorium aurichalceum cum thuribulo, planetae seu casulae diversorum colorum cum suis attinentiis veteres octo. Libri ecclesiae: Missale romanum, psalterium, graduale, antiphonarium agenda vetera.

- 108 Dotatio seu fundatio ecclesiae haec est: Habet imprimis supradicta ecclesia domum plebanalem pro rectore ecclesiae cum horto adiacente et agris certis ad unum laneum seu mansum aestimatis in uno campo iacentibus. Item habet misalia in supradicta villa Mikulczycze quinque maldratas, qualibet illarum coretas duodecim mensuras maiores ćwiertni dictas, quae a praetoribus per duos coretas siliginis et totidem avenae in annua totumque mensurae bythomiensis. Item habet denarium sancti Petri pro Pascha adhuc solito iure parochiali. Habet et domunculam pro rectore scholae cum certo agro szkolna rola dicto. Ad supradictam ecclesiam sola villa supranominata spectat, ex qua ecclesia pro Pascha confitentium et communicantium numerantur trecenti.

Decretum reformationis pro ecclesia parochiali Mikulcicensi.

1) Bursa sericea cum stola pensili pro sanctissimo Eucharistiae sacramento ad infirmos deferrendo cum scutella et sacculum mundum comparetur.

2) Corporalia, purificatoria caeteraque lineamina munda et rigida procurantur. Aqua benedicta fontalis toties per mappam candidam in aliud vas decens coletur, quoties neophitis postulare videbitur.

3) Armariolum pro servandis oleis sacris bene obseratum ad latus maioris altaris parieti affixatur. Olea sacra, quae modo desunt, ex viciniore ecclesia statim recipiantur et nova singulis annis etiam habeantur. Vetera in lapide peculiari cum festucis ex baptismo remanentibus comburantur ac cineres in piscinam, quae ibidem intra gradus baptisterii sit bene clausa, immittantur.

4) Imagines, sculptiles et columnae non necessariae a maiori altari deponantur et tabula seu mensa eiusdem latior efficiatur. Ossa mortuorum fidelium adhibitis caeremoniis ad libitum adhibitis in coemiterio sepeliantur convocato populo.

5) Debita ecclesiae et piorum legata serio vindicentur et pro reparatione tecti templi, campanilis, ossorii per vitricos convertantur. Calix argenteus cum patena quondam oppignoratus, quamprimum fieri potest, recuperetur et ecclesiae restituatur sub poena arbitria infigenda.

6) Cista duabus seris clausa pro pecuniis ex collectis piorum ex collectis piorum fidelium servandis habeatur, cuius una clavis penes rectorem ecclesiae, altera autem penes vitricos, qui singulis annis pro festo sancti Martini, episcopi et confessoris, tam perceptarum quam expensarum rationem in praesentia ecclesiae rectoris et patroni faciant, factamque suis manibus subscribant.

7) Singulis diebus dominicis et festivis missam celebrantes, processiones, vespers aliaque devotialia peragi soliti, recte et debito ordine peragant, rudimentaque fidei, ut decernitur in articulis synodalibus dioecesanis Szyszkowianis, populo ad divina audienda congregato ex ambona proponantur.

8) Liber metrices tam baptisatorum quam matrimoniorum abhinc recte et ordine manu t. l. parochi scribatur. Vitrici autem ad reparationem eorum, quae reparanda sint, inducantur. Ad extremum t. l. parochus in hac vinea Domini, ad quam vocatus est a coelesti Trinitate, ita sua virtute et sedulo exemplo diligenter operet, ut illud dictum Domini: Dignus est operarius mercede sua audire mereatur. Datum in villa Mikulczyce die 4 mensis mai anno Domini 1657.

### *Biskupice villa*

109

Ecclesia lignea tituli sancti Joannis Baptistae et Evangelistae, consecrata, cuius consecrationis anniversarii dies celebratur dominica proxima post festum sancti Martini, episcopi et confessoris. Habet campanile ligneum, in quo sunt duo campanae, tertia in ecclesia. Coemiterium sepimento obductum. Ossorium ossibus plenum tecto carens. Iurispatronatus haereditum supradictae villae. Ciborium ad latus maioris altaris locatum, fixum et bene clausum, continens pixidem aurichalceam cum sacculis mundis pro venerabili Eucharistiae sacramento afferendo. Bursa est pro venerabili Eucharistiae sacramento asservando. Baptisterium in medio ecclesiae ligneum, bene occlusum cum aqua munda fontali est repertum. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito in sacristia servantur. Altaria fixa sunt tria murata, consecrata, habentes mensam planam. Attinentia altarium: Corporalia octo, purificatoria octo, pallae sex, bursae sex, vela diversi coloris quatuor, albae quatuor, humeralia quatuor, cinguli duo, lintea longolata quatuor, manutergia octo, mappae duodecim. Sacristia lignea ibidem bene clausa, in qua ecclesiae suppellex servatur. Calix argenteus cum patena, totus deauratus. Monstratorium aurichalceum cum thuribulo. Planetae diversorum colorum sex, pluvialia duo, urceolorum stanneorum par unum cum styphotono uno, lagena stannea. Iugulum ex tela nigri coloris pro feretro. Libri ecclesiae: Missale romanum unum, rituale agendorum, caeteri desunt. Liber metrices baptisatorum et matrimoniorum scribitur. Dotatio ecclesiae: Habet do-

mum pro plebano cum horto et pro sustentatione rectoris tres particulas agrorum in tribus locis iacentes, ad medium lanei aestimatas cum prato. Item habet missalia in villis Biskupice, Zaborze, Ruda metretas triginta siliginis, totidem et avenae mensurae bythomiensis. Item denarium sancti Petri. Habet domunculum pro rectore scholae. Ad supradictam ecclesiam spectant Biskupice, Zabrze, Ruda et Kuźnica, ex quibus habet pro Pascha confitentium et communicantium numeratos nongenti circiter. NB.: Ecclesia lignea anno Domini 1491 aedificata et anno 1516 consecrata in honorem Dei Omnipotentis et in honorem Assumptionis BMV ac in honorem sancti Joannis Baptistae et Evangelistae atque Bartholomaei Apostoli, cuius consecrationis anniversarium ad initium idem.

Decretum reformationis pro ecclesia parochiali biskupicensi.

- 110 1) Baptisterium de terra elevetur et bene gradibus obfirmetur ac piscina intra gradus eiusdem bene clausa fiat.
- 2) Armariola pro oleis sacris servandis ad latus maioris altaris praeparetur et lapis pro comburandis veteribus peculiaris habeatur.
- 3) Inventarium suppellectilis ecclesiae conscribatur. Nota aedificationis et consecrationis ecclesiae et altarium in aliqua tabula decens parieti affigata, ipsaque altaria renoveantur.
- 4) Ossa piorum fidelium, adhibitis caeremoniis circa hunc actum adhibetis solitis sepeliantur, ossoriumque reparetur. Rudimenta fidei singulis diebus dominicis et festivis (ut in constitutionibus synodalibus dioecesanis Szyszkovianis praecipitur) populo ad divina audienda congregato ex ambona proponantur. Caetera tl. parochus in sua diligentia et dexteritate exaequetur, ut bene laudem Dei semper promovere videatur. Datum in villa Biskupice die 4 mensis mai 1657.

### *Bytom civitas*

Ecclesia parochialis murata tituli Assumptionis BMV, consecrata, quondam ex mandato marchionis Brandenburgensis per cives haereticos Bythomienses prophanata, nunc in usum catholicorum romanorum conversa iterum, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum sancti Bartholomaei apostoli. Habet ex muro testudinem, clausam duplicis ordinis columnis, sustentem imaginem Crucifixi in medio sculptum, fenestras integras, parietes mundos, instrumenta musica, organa dicta, ossorium ossibus mortuorum plenum, campanile muratum, in quo sunt tres campanae, quarta in ecclesia pro signo. Coemiterium muro circumcirca obductum, iurispatronatus conventus ordinis praemonstratensis sancti Vincentii Wratislaviensis. Et in hac ecclesia decanatus Bythomiensis. Ciborium in tabernaculo maioris altaris fixum, in quo pixis argentea cum sacculo linteo pro asservando venerabili Eucharistiae sacramento est inventa, bursa est pro eodem ad infirmos deferrendo cum stola pensili et aliis attinentiis, quod semper in quindena renovatur. Baptisterium stanneum lapidi, quo item ad instrumenta musica infixum et bene clausum, in quo aqua fontalis munda est reperta. Piscina intra gradus eiusdem tecta. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito in sacristia asservantur, vetera in lapidibus. seorsim huic operi addicto comburuntur et cum festucis ex baptismo remanentibus. Altaria stabilia seu fixa sunt undecim murata et consecrata, prout sienta integra actum testantur, solum unius altaris fractum, mensas habentia integras et mappis candidis tectas et antependiis coopertas ac candelabra cuprea et stannea sustententes. Attinentia altarium: Corporalia duodecim, purificatoria viginti, pallae tres, bursae sex, vela diversi coloris novem, albae tres, cin-

111



guli tres, humeralia tria, lintea longolata diversi generis undecim, lintea quinque, manutergia duodecim, mappae diversae pro tegendis et ornandis altaribus triginta, candelabria varia cuprea et stannea quatuordecim. Sacrarium seu sacristia itidem murata et firmis seratanis clausa, in qua est altare sanctae Hedwigis itidem consecratum, continens hanc suppellectilem ecclesiae: Monstratorium argenteum locatim inauratum, ahenum cupreum maiorem itidem inauratum, calices quinque deauratos cum suis patenis, quorum tres exsecrati, crucem argenteam locatim inauratam, pacificalia tria argentea, urceolorum duo paria stanneorum, thuribulum cupreum, casulas diversi coloris septem cum suis attinentiis, pluvialia duo, antependia varii coloris quindecim, dalmaticarum coloris violacei unum par, pannum pro ornandis altarium gradibus et tegendis feretris, ferramenta pro pinsandis hostiis, lagena pro servando vino, vexilla decem diversi generis. Cista habetur duabus seris fixili ac pensili clausa, in qua per vitricos pecunia ex piorum fidelium eleemosynis collecta pro necessitatibus ecclesiae asservatur. Libri ecclesiae: Missalia romana tria, quorum unum parochus ecclesiae Radzionkowiensis mutuo datum tandem recuperatum. Liber agendorum, liber metrices baptisatorum et copulatorum scribitur. Caeteri desunt.

Ecclesia supradicta habet pro dote domum plebanalem propter residentiam sui parochi cum pomariolo ecclesiae adiunctam cum aliis domesticis attinentiis. Propter sustentationem eiusdem habet decimam pecuniariam prout liber beneficiorum loquitur de quinquaginta laneis oppidanorum bythomiensium, ex quibus illorum solvitur de quolibet laneo per unam fertonem latorum grossorum. Item habuit praedium in suburbio et prata pro usu et necessitate sua, sed ab anno Domini 1627 hoc dictum praedium per vitricos ecclesiae viginti florenis polonalicibus est venditum. Prout vero liber visitationum loquitur, habet sex laneos seu mansos agri quondam Jankores Stos, item habet montem Sintali circa civitatem bythomiensem cum omnibus agris, quicumque intra limites huius montis continentur. Et plenum ius et dominium super omnes incolas et hortulanos in monte Sintaletis circa sex mansos manentes de eis colentes cum libertate ab eorum exactione et solutione et omnibus servitiis ducalibus. Et prout liber retaxationum loquitur, habet in Bytom de certis domibus civilibus ac de aliquibus villis circumiacentibus censum in vim reemptionis computando ad monetam silesiticam in suburbio bythomiensi dicto Rosenberg missaliorum dua maldrata siliginis et totidem avenae mensurae aequalis bythomiensis. Modo ex supradictis omnibus solum tl. parochus de praeterio in hebdomadam percipit duos florenos rennenses, qui in unum collati per annum faciunt summam centum quatuor florenorum rennensium. Et missaliorum in suburbio bythomiensi Rosenberg dicto percipit dua maldrata siliginis et totidem avenae mensurae aequalis bythomiensis. In supradicta ecclesia sunt multa altaria dotata sua habentia ministeria, prout ostendunt privilegia in commissione anno Domini 1631 die 12 mensis martii ex Tribunali Obremptico expedita per commissarios Suae Caesaris Majestatis transumpta, quorum originalia in conventu dicti ordinis Premonstratensium sancti Vincentii Wratislaviensium asservantur. Sed hae obligationes modo penitus persolvuntur, quia eorum antiquae dotationes ministeriis non correspondent.

112

#### *Ecclesia extra muros sanctae Margarithae*

Ecclesia haec sanctae Margarithae virginis et martyris extra muros civitatis bythomiensis lignea fuit constructa, sed ab abliquot annis, per negligentiam tl. parochi iam collapsa intendit, cum omnibus domui plebanalis pertinentiis desolatis, modo solum fundum remanet, quod aratur et seminatur a tl. parochus. Haec ecclesia inprimis fuisse matrix dicitur ecclesiae in civitate et ex hac ad

113

illam ius parochiale transtulisse vel translatum esse. Habet pro dote, prout liber visitationum testatur, agros incipientes a via ex Bytom in Gliwice ambos currenti protensos versus villam Bobrek, ibique ad limites praedictae villae terminentes, longitudinis octo stadiorum, latitudinis plus minus itidem sulcorum. Item habet quatuor piscinas. ex quibus unam cum molendino ad libitum tl. parochi molitoribus vendi iusto pretio solito. Item habet hortum cum pratis infra domum nunc desolatam tl. parochi iacentibus. Item habet decimas manipulares, primam et secundam ex utraque Świętochłowie, tertiam ex Rokitnica, quartam ex Piekary Theutonicali, quintam ex Dąbrówka Theutonicali, sextam ex Zychcice, septimam ex Biernatowice, octavam ex Milowice, nonam ex Dąbrówka Polonicali, decimam ex Mikulczyce, undecimam et duodecimam ex utraque Bytkow, tredecimam ex Ozegow, quatuordecimam ex Bobrowniki, quae quidem decimae per haeredes villarum rapiuntur nec extraduntur. Item habet decimas manipulares ex agris civium et suburbanorum civitatis bythomiensis et ex agris villarum Sanbierki, Łagiewniki, Kropaczow, Bobrek, Miechowice, Brzozowice per tl. Joannem Dei gratia episcopum cracoviensem consentiente tl. Capitulo Cracoviense de anno Domini 1330 datas et perpetuo donatas, de quibus decimis per Joannem episcopum s. Margaritha facta fuit concordia cum civibus bythomiensibus et haeredibus praedictarum villarum in hunc modum, ut tantum ex singulis laneis pro decima manipulari unus ferto latorum grossorum bohemicalem dictae ecclesiae sanctae Margarithae solveretur, anno Domini 1490 actis Consistorii Cracoviensis ingrossatum. Item habet alias decimas manipulares in inventario proventuum ecclesiarum, antiquitus ex originalibus privilegiis, quae dicuntur asservari in conventu supradicto sancti Vincentii wratislaviensis descriptas, sed non omnes ad praesens extraduntur. Item habet ex sex molendinis singulis duos vertelos farinae triticeae. Sed hi omnes proventus in unum reducti a tl. parochi ecclesiae parochialis BMV. Assumptae in civitate dicta percipiuntur et in suum usum convertuntur.

### *Ecclesia extra muros*

Ecclesia tertia extra muros civitatis bythomiensis ex opposito portae gliwicensis sita, per cives bythomienses luteranos muro exstructa coemiterioque clausa pauco ante tempore per commissarios S.C.M. ecclesiae parochiali adiuncta, nondum consecrata, in qua de consensu tl. loci Ordinarii certis anni temporibus divina peraguntur. In coemiterio supradictae ecclesiae oppidani haeretici de consensu supradicti tl. parochi ecclesiae sepeliuntur.

Ecclesia parochialis intra muros habet domum pro vicario, alterum pro rectore scholae, Szkolna vocatam, tertiam pro organario ecclesiae. Domus hospitalis est in civitate bythomiensi, in qua quinque pauperes catholici et haeretici acatholici communi sumptu sustentantur eleemosyna. Habet certam summam pecuniariam in domibus civium bythomiensium collocatam, ex qua census annuus solvitur provisoribus domus dictae hospitalis et specialibus magistratus deputatis. Ad supradictam ecclesiam pertinent civitas Bytom, villae Ozegow, Sombierki, Chropaczow, Świętochłowie, Łagiewniki et Kopanice, ex quibus omnes pro Pascha confitentes et communicantes mille quingenti numerantur.

### *Decretum reformationis pro ecclesia parochiali bythomiensi*

114

1) Tl. praepositum hortamur, ut quamcumque hactenus pietate et dignitate et diligentia in suo munere pastoralis est versatus, pari studio observandis omnibus ordinationibus incumbat easque observari procuret. Imprimis autem requirat se studiosissimam descriptionem ex omnibus sibi concreditibus reddituum rationibus, ne sua vel vicariorum suorum negligentia aliquod detrimentum

patiantur. Quapropter iam ipse propter provectam aetatem et infirmitatem munere suo pastoralis satisfacere in omnibus non possit, vicarium vita probitate praedictum moribus optimis commendatum et doctrina sufficiente excellentem foveat ipsumque moneat, prout et hos monens, ut ministerium suum digne adimpleat, in fundamentis fidei et aliis ad salutem necessariis populum instruendo et bono exemplo omnes ad pietatem promovendo.

2) Tabernaculum pro sanctissima Eucharistia decentius reformetur et bursa sericea cum stola pensili pro eadem Eucharistia ad infirmos deferrendo comparatur.

3) Vitricos ecclesiae moneat, ut mature faciant reparari in ecclesia omnia, quae indigent reparatione, praeterea ubi aliquae sunt scissurae et ruinae in parietibus expleantur.

4) Ossa fidelium mortuorum servatis caeremoniis in libro agendorum circa hunc actum destinatis in coemeterio sepeliantur et ossorium in alium locum commodiorem transferratur.

5) Tl. praepositus omnem adhibeat diligentiam, ut certi census et decimae iuxta commissionem anno Domini 1631 expeditam modo dotationum pro posse suo evincat, ne intentio piorum fundatorum suis defraudetur suffragiis.

6) Calices tres exsecratos procuret consecrari, ahenulamque pro aqua fontali comparari, ut facilius possit hauri et aqua, prout necessitas postulaverit, colari.

7) Vitrici ecclesiae singulis annis in praesentia tl. praepositi et spectabilis magistratus bythomiensis et perceptorum et expensorum rationem faciant pro festo sancti Martini, episcopi et confessoris, pecuniamque mere ad ecclesiam spectantem non in alium usum nisi in rem ecclesiae expendant.

8) Libros cantui ecclesiae deservientes, praesertim antiphonarium, graduale et psalterium comparari faciat.

9) Omnes modos quaerat etiam implorando auxilium a patronis et collatoribus, ut ecclesia sanctae Margaritae extra muros, ubi anteriorum fundatorum corpora requiescunt, possit aedificari, et in ea devotiones caeteraque divina saltem semel in hebdomada peragi. De caetero tl. praepositus sua diligentia et pietate ita praeleat in ecclesia Dei, ut illud impleatur, quod sanctus Paulus ad Philippos nobis pro informatione reliquit: Sitis sine querela et similes filii Dei in medio rationis pravae et adultere, inter quos luceatis sicut luminaria in mundo. Datum in civitate bythomiensi die sexta mensis augusti anni Domini 1657.

Ecclesia in suburbio extra muros sancti Spiritus hospitalis conventus Miechoviensis non descripta, quia ob certas causas legales non fuit visitata.

### *Czeladz oppidum*

Ecclesia murata tituli sancti Stanislai, consecrata, cuius anniversariae dies consecrationis celebratur dominica proxima post festum Omnium Sanctorum. Habet campanile muratum, duas campanas sustinens, tertiamque pro signo in ecclesia. Coemeterium muratum, ossorium itidem. Iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis pro tempore existentis. Ciborium in maiori altari et clausum et fixum, decens in corporali asservatur venerabile Sacramentum. Baptisterium lapideum in medio ecclesiae locatum et candida mappa tectum, in quo ahenula cum aqua benedicta munda est reperta. Olea sacra vetera in armariolo ad latus maioris asservantur in chrismali stanneo tripartito. Altaria fixa seu stabilia sunt tria murata, consecrata, et tobaleis mundis tecta. Attinentia altarium: Corporalia sex, purificatoria viginti, pallae octo, bursae octo, vela novem, albae decem, humeralia decem, cinguli quatuor, lintea longolata sex, manutergia sex, maiora tres, mappae diversae quindecim. Caetera prout in inventario ecclesiae manu tl. Visitoris subscriptione specificata totaliter reperiuntur.

Sacrarium seu sacristia murata, duplex superior et inferior, in hac servatur suppellex ecclesiae: Calices argentei cum suis patenis inaurati quatuor, quorum consecratio non est certa. Monstratorium argenteum locatim inauratum. Pixis argentea pro asservando venerabili Sacramento. Crux argentea et altera media. Thuribulum argenteum. Urceolorum argenteorum par unum. Pacificalia quatuor. In imagine sanctae Annae et aliae argenteae tabulae ex piorum in casibus oblatae in inventario ecclesiae suppellectilis descriptae manu tl. Visitatoris subscripto. Casulae diversorum colorum undecim cum suis attinentiis, item s. Annae complanati quatuor. Pluviale unum vetus, antependium unum bonum, mala quatuor, ferramenta pro pinsandis hostiis, saccus coloris rubei et alter coloris nigri pro gradibus altarium et feretri, vexilla duo confraternitatis sanctae Annae. Cista, in qua ecclesiae pecunia debeat servari, non est. Vitrici sunt duo. Debitorum aliquot centena peteatur. Libri ecclesiae: Missalia duo, psalterium et antiphonarium, graduale leceratum, liber agendorum, liber metrices baptisatorum et matrimoniorum scribitur. Sunt et alii libri ecclesiae varii, determinati in inventario ecclesiae suppellectili specificati et manu subscripto tl. Visitatoris.

116

Ecclesiae dotatio est. Ecclesia habet domum muratum cum pomario et prae-dium in suburbio cum suis domesticis attinentis, sicut et agris ac pratis multis in Silesia iacentibus, qui a stagno Brynica dicto incipiunt et tendunt ad prae-dium dictum Janocka, ut erectio faciat obloquitum, quam tl. parochus libere se dixit. Habet etiam decimas manipulares in villis in Zagorze, Klimontow, Sielec, Rożdżeń dictis post agros cmethonales. Item in Przelajka post agros in Siadziowas et in altero praedio missalia. Item in villa Dąbie post certos agros alternatim cum tl. loci Ordinario. Item post agros advocati, olim Niwa dictos. Item habet missalia in oppido Czeladz et villis Mielowice, Siemiano-wice, Przelajka, uno praedio Wojkowice Komorne dicto verteliones centum quinquaginta siliginis, avenae vero trecentos mensurae severiensis. Habet decem vaccas, quadraginta suo usufructui adscriptos, a quibus census annuus solvitur per duodecem grossos. Habet etiam certum agrum ad aedium suum aestimatum pro vino ecclesiae per civem czeladiensem Kwoka dictum ad servatum, in quo tres hortulanos tl. parochus locavit et vinum ecclesiae emere tractatur. Habet etiam pia legata pro variis ecclesiae ornamentis comparandis summam sescentorum duodecim M. et grossorum octodecim. Altare in praedicta ecclesia BMV. per Andream Skrzyński, parochum Czeladiensem erectum et dotatum. Habet altaria pro mansionem domunculum cum horto, et census annuum a summa capituli seu principali quinque millium florenorum polonicalium in bonis villarum Małobądz domini Joannis Miroszewski et Miliowice domini Valentini Ulanowski in ducatu severiensi iacentibus coram officio castrensi severiensi de anno Domini 1647 et 1626 prout fusius erectio loquitur instrumentum et ab tl. loci Ordinario anno Domini in mense augusto 1650 approbatum trecentorum florenorum polonicalium pro oecconomica et in suum usum convertentur, reliquos quinquaginta florenos rectori scholae litanis decantandis, viginti et quinque in hospitali degentibus triginta distribuentur. Ratione huius census tenetur signulis dominicis diebus missam de BMV. et feriis quartis pro defuncto Andrea sacerdote fundatore, sextis diebus de Passione Domini attamen exceptis festis ad istam celebrationem impeditis legere. Iurispatronatus senatorum consulum et scribifactorum czeladiensium cum suis et consensu senatus ruralis bythomiensis. Habet praeterea dictum altare census reemptoralem annuum a summa mille florenorum principali seu capitali in villa Rapiotki domini Sigismundi Rozemberglewinski coram officio castrensis Cracoviensis anno Domini 1646 inscriptum et per loci Ordinarium approbatum pro ornamentis altaris comparandis. Coram habet apparamenta cum schola. Confraternitas sanctae Annae anno Domini 1655 per tl. Albertum Lipnicki, decanum

ruralem bythomiensem uti executorem praedicti altaris fundatoris, introducta et approbata habet certam summam legatam uti in domo murata plebanali viciniori quinquaginta florenorum et alia legata in inventario suorum provisorum specificata. Hospitale in suburbio situm ruinosum, in quo pauperes quatuor ex aliquorum piorum eleemosyna vivunt. Habet certas summas legatas (uti centum florenorum per tl. olim Andream Skrzyński legatorum, de cuius fundatione est superius scriptum) et alias summas in inventario provisorum specificata, a quibus census annuus solvi tenetur. Ad praedictam ecclesiam spectant oppidum Czeladz, villae Mielowice, Siemianowice, Przelajka, Woykowice, Dubruwka, ex quibus omnibus pro Pascha confitentium et communitantium octingenti triginta numerantur. 117

Decretum reformationis pro ecclesia parochiali Czeladiensi:

1) Piscina intra gradus baptisterii bene clausa excavetur ac libri cantui deservientes, responsorium, graduale, psalterium comparentur.

2) Tectum ecclesiae et portici tegi opus est ac murus coemiterii ruinosus reficiatur. Item domus plebanalis reparetur ac schola pro erudienda iuventute sua estiamsi altissimo sumptu exaedificetur, rectorque scholae eruditus et doctus constituatur.

3) Separata cista duabus seris clausa habeatur, cuius una clavis sit penes tl. parochum et altera penes ecclesiae vitrocos, in qua pecunia ex collatis piorum fidelium pro necessitatibus eiusdem deponatur et vitrici singulis annis pro festo sancti Martini episcopi et confessoris tum perceptorum quam expensorum in praesentia tl. parochi et magistratus rationem faciant factamque subscribant. Quod idem faciant provisos confraternitatis sanctae Annae et hospitalis, quod nunc indiget reparatione.

4) Debita ecclesiae et pia legata, quae numerantur sescentorum duodecim florenorum et grossorum octodecim, pro facta in institutione iuramento obligato vindicentur. Item census annuus a sedecim vaccis per duodecim grossos solvi solitus pro duobus annis retentus ecclesiae restituatur ac in posterum annuatim solvatur. De caetero tl. parochus ita vivat in peragendo pastoralis cura et promovendo in domo Dei cultu divino, ut illud impleatur, quod in sacra Scriptura pro reformatione ps. 22 dixit: Dilexi decorem domus Dei et locum habitationis Eius. Datum in oppido Czeladiensi die decima mensis may anno Domini 1657-mo. Tl. Praebendarius obligationibus in orationibus specificatis satisfuerat.

*Grodziec villa*

Ecclesia lignea, tota destructa, tituli sanctae Catharinae virginis et martyris, consecrata, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post sanctae Hedwigis festum. Habet campanile, in quo sunt duae campanae, tertia pro signo. Coemiterium sepimentis circumcirca obductum. Iurispatronatus praepositi conventus Zwierzeniecensis ordinis premonstratensium. Ciborium in maiori altari locatum, bene ornatum et clausum, in cuius tabernaculo pixis argentea intra locatim deaurata et velo cooperta est cum venerabili Sacramento reperta, cuius renovatio fit in quindena et citius. Bursa pro Venerabili ad infirmos deferrendo cum aliis attinentiis est quoque inventa. Baptisterium in medio ecclesiae ligneum, sera bene clausum, mappa candida tectum, cum ahenula et aqua fontali benedicta, oleis perfusa est repertum. Piscina intra gradus baptisterii excavata non est tecta. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito in sacristia servantur praeteriti anni. Altaria stabilia seu fixa sunt tria murata, tribus mappis tecta ac mensas integras habentia, quorum unum maius consecratum, in aliis celebratur super mobilia portatilia imposita. Attinentia altarium: Corporalia omnia 20, subcorporalia cum latislongo linteo 14, 118

purificatoria 15, pallae 10, bursae 20, vela diversorum colorum 18, albae 20, humeralia 20, cinguli 5, manutergia 5. Et hoc omnia communia cum capella sanctae Dorotheae. Sacristia bene clausa foribus firmis, in qua haec suppellex ecclesiae: Calices argentei quatuor cum suis patenis, quorum duo sunt toti deaurati et duo locatim, quintus est fractus, duo ad capellam sanctae Dorotheae spectant. Monstratorium argenteum, locatim deauratum, cruces duae argenteae locatim deauratae, urceolorum argenteorum duo paria, quorum unum par inauratum. Thuribulum argenteum, casulae diversorum colorum cum suis attinentiis 18 commune cum capella sanctae Dorotheae, pluvialia diversa quinque, antependia diversi coloris sedecim, quae itidem sunt communia cum capella s. Dorotheae, ferramenta pro pinsandis hostiis, calix stanneus pro ablutione communicantibus danda, pannus rubei coloris pro tribus altaribus tegendis, vela nova pro tegendis feretris coloris nigri duplex. Libri ecclesiae: Missalia romana tria, quorum unum ad capellam est, antiphonarium, graduale, psalterium, liber agendorum veterior, liber metrices baptisatorum scribitur.

Habet dotem haec ecclesia imprimis domum plebanalem, nuper per tl. Albertum Lipnicki, parochum modernum muro exstructam pro mansione cum suis domesticis attinentiis et pertinentiis. Pro sustentatione vero tl. parochi habet agros certos eiusdem latitudinis et longitudinis cum cmethonibus in tribus campis sitos. Item prata iisdem agris adiacentes. Habet praeterea tres piscinas Habłosi dictas ac tres hortulanos et tres inquilinos per modernum tl. parochum in suo agro locatos. Item habet decimas manipulares in villa Grodziec post agros praediales et scultetiales praedio adiunctos. Item post agros hortulanorum et inquilinorum in praedialibus agris locatorum antiquitus distributos. Item post agrum scultetialem Wieczorek dictum. Item post agrum molendini versus villam Łagiesza. Item post certos agros et quidem ad limites villae Małobądz versus Będzin oppidum exstrictos inter cmethones ratione mutationis certi agri distributos. Habet decimam manipulearem in pacifica possessione a decem annis manentem. Item in villa Grodków post agros praediales, hortulanorum et molendinatorum decreto tl. loci Ordinarii de anno Domini 1594 diē veneris tertia mensis martii adiudicatam, quae convehitur ad domum plebanale. Item in villa Psary post agros hortulanorum, molendinatorum habet decimam manipulearem de anno domini 1638 diē veneris mensis decembris per tl. loci Ordinarii adiudicatam vigore potestate sibi data, quae ex verbali pacto pecunia redimitur cum usufructu duorum pratorum tl. parochi in possessionem concessorum. Item in eadem villa post agros alterius praedii domini Miror Piotrkowka dictos et subditorum eidem praedio subiectorum habet decimam manipulearem, quae pecuniis 20 florenorum redimitur. Item in villa Łagiesza post omnes agros scultetiales eidem scultetiae subditos subiectos, quae redimitur duodecim florenis. Item habet missalia in villa Grodziec ab uno cmethone quatuor verteliones siliginis ac tres verteliones, avenae, conferta mensura Bythomiensi, etiam ex praedio ratione cmethonum octo exscriptorum et agrorum eorum in praedium conversorum praedialibus ut et cmethonibus. Habet vaccas 23 usui ecclesiae insertas et legata apud varios incolas eiusdem parochiae locatas, a quibus census annuatim solvitur per duodecim grossos. Habet etiam certa debita a censibus retenta pro rectefactibus ecclesiam convertentibus. Habet domum pro vicario ecclesiae, alteram eidem iunctam pro capellano sanctae Dorotheae per tl. parochum exstructam. Etiam pro rectore scholae, cui tl. parochus modernus census annuum agro Lysakowski dicto coram officio die 20 ianuarii anno Domini 1646 septem florenorum a capitali sescen-torum florenorum provenientibus inscripsit.

Capella sanctae Dorotheae virginis et martyris per Deodicatam Dorotheam Kącka abbatissam conventus Zwierzeniecensem anno Domini 1637 murata et per tl. Thomam Oborski, episcopum laodicensem, suffraganeum cracoviensem

de anno Domini 1638, die octobris consecrata, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum sanctae Hedwigis, habet turrim, in qua sunt duae campanae, coemiterium muro obductum et caetera ecclesiae pertinentia. In hac capella sunt tria altaria fixa consecrata, tabulas habentes integras. Habet dotem a praefata Deodicata Dorothea Kačka summam mille florenorum in bonis villae Sarnow et obligatorum, in censum reemptionalem septuaginta florenorum fundatum, ratione cuius tl. capellanus feriis sextis missam legere de Passione Domini, quam dotem meliorando tl. Albertus Lipnicki, parochus grodecensis, summam aliam capitalem seu principalem quatuor millium florenorum in certis bonis obligatorum, prout in inscriptionibus diversis e quibus factis et erectione die quarta mensis iulii anni anno Domini 1653 approbata faciat videre licet adiunxit, inscripsit et apposuit pro censu reemptorali 280 florenorum quotannis percipientem, ita ut iunctus census constituat florenos 350, ratione cuius tenetur cappellanus singulis diebus dominicis et festivis in anno occurrente votivam de BMV. lectam vel cantatam ante summam maiorem consuetam exceptis festivitatibus Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes et dominicis festo duplici impeditis applicare, eiusdem missas pro fundatoribus et benefactoribus per specialem collectam aut in capella praedicta sereno aut in ecclesia tempore pluvioso. Deinde curam habere confraternii s. Angeli Custodis missasque ac devotiones, quibus debitis in praesentia eiusdem confraternitatis loco votivam superius descriptam de Angelis cum collecta BMV. et applicare pro defunctis fundatoribus et benefactoribus peragere tenetur. De aliis officiis divinis in erectione specificatis interesse est adstrictus. Apparamenta communia cum ecclesia parochiali et sua propria. Iurispatronatus datus executoribus reverendi domini decani pro terni et decano bythomiensi pro tempore existenti. Confraternitas s. Angeli Custodis per tl. Albertum Lipnicki, decanum bythomiensem, parochum grodecensem, de anno Domini 1653 introducta et a loci Ordinario eodem anno approbata, quam promovere capellanus tenetur.

120

Hospitale est quoque penes domum rectoris scholae, in quo quatuor pauperes vivunt ex eleemosyna piorum fidelium. Ad praedictam ecclesiam villae spectant Grodziec, Grodkow, Psary, Łagisza, ex quibus omnes pro Pascha confitentes et communicantes numerantur 350.

Decretum reformationis pro ecclesia parochiali Grodecensi:

1) Tectum templi et campanilis, ubi opus est, reparetur, sepimenta coemiterii scandulis ex utraque parte cooperiantur ac foribus, ne animalibus et pecoribus aditum patent, muniantur.

2) Armariolum bene clausum pro servandis oleis sacris parieti ad latus maioris altaris affigatur, quo singulis annis nova habeantur et vetera in lapide peculiari huic usui accomodato in sacristia servari solito cum festucis ex baptismo remanentibus comburantur cineresque in piscinam semper bene tectam immittantur.

3) Vas aliquod honestum etiamsi fistula pro aqua lustrali ad sacristiam appensum habeatur. Ossorium vel aedificetur pro ossibus mortuorum, vel ossa in coemiterio frustatim dispersa etiam minima colligantur et statim cum cadaveribus sepeliantur.

4) Doctrina catechismi singulis diebus dominicis ac festivis populo ad divina audienda congregato (iuxta constitutiones dioecesanarum Szyszkowianarum) ex ambona proponatur. Ab administratione sacrorum et spiritualium praecipue a sepulturis mortuorum nihil exigatur, sed post administrationem eorum, quod sponte offertur, accipiat sub poenis tl. loci Ordinarii arbitrio infligendis.

5) Cista duabus seris clausa pro necessitatibus ecclesiae pecuniis reservandis et expendendis habeatur, cuius una clavis sit penes tl. parochum, altera penes

ecclesiae vitricos, qui ex nunc duo vel tres electi et constituti tam perceptam quam expensam rationem singulis annis captato opportuno tempore in praesentia tl. parochi et participatione parochianorum faciant.

6) Census annui a vaccis viginti tribus, apud tl. parochum sex et reliquis apud alios diversos parochianos locatis, per duodecim grossos solvi soliti ab aliquot annis retenti caeteraque ecclesiae debita denuo vindicentur et vitricis restituantur et consequenter annuatim solvantur.

7) Hospitale pauperum cito reparetur ac urceolus argenteus nuper ecclesiae deperditus restituatur nec non liber matrimoniorum recte et exacte abhinc scribi non praetermittatur.

121

8) Tectum capellae sanctae Dorotheae, turris atque orbiculi in fenestris vento excussi, quae eorum celari indigent, reparationeificentur, pavimentumque ibidem si non lapidibus saltem asseribus sternatur.

9) Clamores per tl. decanum et parochum in ecclesia circa divina officia absolute inopportunitate excitantur, sed in omnibus rubricae ab ecclesia praescriptae et observari debitaе, servantur. Caetera tl. decanus et parochus in decretis praeteritarum visitationum tl. Christophori Kazimierski, defuncti Kijoviensi, Petri Skidziński, archidiaconi Zawichostensis, Joannis Foxii, archidiaconi Cracoviensis, visitorum datis, debite exequatur ac in hac dignitate decanali et functione pastorali ita se gerat, ut illud impleatur, quod per divinum Paulum 2 c. Corinth. pro reformatione dicitur, nam etsi aliquid amplius gloriatus fieri de praestare rerum, quam dedit mihi Dominus in aedificatione et ad indestructionem eorum, non erubescam. Datum in villa Grodziec die decima mensis maii anno Domini 1657-mo.

### *Radzionkow villa*

Ecclesia murata tituli sancti Georgii, consecrata, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum sanctae Crucis Exaltationis. Campanile habet adnexum muratum, in quo est una campana, altera transfusa apud artificem modo vindicetur. Coemiterium muratum ruinis in partibus non carens. Iurispatronatus haeredum villae. Ciborium in maiori altari honestum et clausum bene, in quo venerabile Sacramentum Eucharistiae in corporali asservatur. Baptisterium lapideum bene contabulatum et clausum ac mappa candida tectum, in quo aqua benedicta fontalis munda est reperta. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito praeteriti anni in ciborio asservantur. Altaria stabilia seu fixa sunt tria non consecrata, in mobili seu portatili superimposito celebratur. Attinentia altarium: Corporalia quatuor, purificatoria decem, subcorporalia tria, pallae tre, bursae tres, vela tres, albae duae, humeralia duo, cinguli duo, manutergia quinque, linthea longolata quatuor, mappae quinque. Sacristia murata, foribus bene clausis munita, in qua ecclesiae suppellex servatur: Calix argenteus cum patena deauratus locatim, thuribulum aurichalceum vetus. Casulae seu planetae diversi coloris cum suis attinentiis quatuor, antependia aliquot picta. Libri ecclesiae non sunt, solum rituale sacrorum dicta bohemica. Liber metrices baptisatorum scribitur.

Ecclesia dotem habet hanc: imprimis domum plebanalem pro mansionem sui rectoris cum caeteris attinentiis per modernum tl. parochum aedificatam. Pro sustentatione vero eisdem habet agros in tribus campis iacentes ad tres mansos seu laneos aestimatos. Item habet pratum intra hos agros per dominum fundi sibi ademptum et in quo maior piscina seu stagnum locatum est. Habet et aliam piscinam minorem, in cuius est possessione. Tl. parochus dixit in fundo ecclesiae quatuor inquilinos a haerede esse locatos, a quibus census annuus, capones et ova pro domino haerede annuatim solvantur et in qualibet septimana in praedio laborant, prout latius in inventario ecclesiae specificatum

122



est per tl. parochum. Habet etiam decimam manipularem in villa Radzionkow post omnes agros praediales. Item habet missalia in villis Radzionkow, Piekary Rudne, Orzech, Kozłowa Góra, tria maldrata et tres metretas siliginis et septem maldrata et sex metretas avenae mensurae aequalis bythomiensis prout videre licet in libro retaxationum. Sed nunc non omnia in integro extraduntur cum decima manipulari, de quibus tl. parochus iure agit in iudicio tl. dominii bythomiensis et commissione de anno Domini 1656 ab eo decretum iam expedit. Habet etiam domum pro rectore scholae annue per modernum parochum propriis sumptibus aedificatum cum certo agro ad nemus praedii Strossek radzionkowiensis sito, qui rector a parochianis salariari dicitur.

Decretum reformationis pro ecclesia parochiali radzionkowiensi:

1) Pixis argentea pro asservando venerabili Eucharistiae sacramento oppignorata per tl. parochum ecclesiae sine tergiversationibus restituatur ac bursa sericea cum stola pensili pro eodem ad infirmos deportando comparetur.

2) Pavimentum ecclesiae complanetur ac scamna seu formae non necessariae ex templo efferantur. Et baptisterium in medio ecclesiae decens statuatur piscinaque intra gradus eiusdem bene tecta paretur.

3) Coemiterii murus ruinosus cum tecto, turracula in summitate tecti ecclesiae. campanile necnon ossorium pro ossibus mortuorum ope et auxilio parochianorum quamprimum reparentur.

4) Omnia sacramenta tl. parochus gratis administret, a quorum administratione nihil quavis de causa vel occasione directe vel indirecte exigat, sed facta eorum administratione quidquid sponte a christifidelibus per modum eleemosynae offeratur, grato accipiat. A sepulturis et sponsaliorum benedictionibus ne nimis extorqueat, pretiumque a loco sepulturae non nisi in usum ecclesiae convertat. Et denarium sancti Petri circa excipiendas confessiones, cum haec non servetur consuetudo, omnino exigere absteineat.

5) Victrici ecclesiae cistam bene clausam habeant, in qua pecuniae ex collectis fidelium eleemosynis pro fabrica ecclesiae servantur, qui singulis annis et oblatam et distributam opportuno tempore in praesentia tl. parochi et principaliorum parochianorum rationem faciant.

6) Armariolum pro servandis oleis sacris in pariete ad latus maioris altaris excavantum paretur et missale romanum pro usu ecclesiae ematur.

7) Singulis diebus dominicis et festivis doctrina christiana iuxta constitutiones synodales dioecesanarum Szyszkovianarum populo ad divinum audiendum congregato ex ambona proponatur.

8) Rector scholae, qui iuventutem parochianorum instruat, faveatur. Ferramenta pro pinsandis panibus emantur. Et alvearia tria apud ecclesiam legata ne pereant provideatur. Item campana recens refusa et oppignorata communibus parochianorum sumptibus absque mora redimatur pro usu ecclesiae.

9) Honesto Georgio Giermek, civi bythomiensi, octo florenos et duodedim grossos ratione eliberationis rustici militiae adseri acceptos, in spatio unius hebdomadae tl. parochus radzionkowiensis reddat sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae. Iuxta etiam decretum privatim datum producat testimonium satisfactionis et absolutionis suae ab excommunicatione et aggravatione officiose factae. Alias, si infra unum mensem non produxerit, se pro convicto haberi declarabitur. De caetero tl. parochus ita vivat in omni sanctitate et pietate promovendoque cultu divino, ut illud impleat, quod sanctus Petrus I e.c. I pro reformatione nobis reliquit: In omni conversatione sancti sitis, quoniam scriptum est, sancti eritis, nam et ego sanctus sum. Datum in villa Radzionkow die 16 mensis maii anno Domini 1657-mo.

*Piekary villa*

Ecclesia lignea tituli s. Bartholomaei apostoli consecrata. Quondam per haeresim prophanata fuit, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum Omnium sanctorum. Habet campanile, in quo sunt duae campanae. Ossorium ossibus plenum. Coemiterium muro ruinoso obductum et per partes scandulis tectum. Iurispatronatus tl. Camerae Caesareae Wratislaviensis. Ciborium in maiori altari clausum continens pixidem stanneam cum sericeo et linteo, sacculis mundis pro asservando venerabili Sacramento ac bursam sericeam cum stola pensili cum aliis attinentiis pro eodem ad infirmos deferrendo. Baptisterium in medio ecclesiae locatum et clausum, in quo vas cum aqua fontali munda est repertum cum piscina versus maius altare excavata. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito, vetera in sacrario, quae solent asservari, visa. Altaria fixa seu stabilia tria murata, quorum unius sepulchrum apertum, super portatile imposito celebratur. Attinentia altarium: Corporalia duo, purificatoria sex, pallae tres, bursae tres, vela diversi generis quatuor, albae tres, cinguli duo, lintea longolata sex, manutergia sex, mappae diversae decem. Sacrarium seu sacristia ibidem lignea foribus firmis clausa, in qua ecclesiae suppellex inventa: Calix argenteus infra labium inauratus cum patena. Crux argentea, cuius summitas furto per rectorem scholae olim sublata. Monstratorium aurichalceum perfractum, casulae diversorum colorum quatuor, quarum duae per modernum tl. parochum comparatae. Antependia tria picta. Libri ecclesiae: Missale romanum, rituale, liber metrices baptisatorum et matrimoniorum contractorum per modernum parochum modo scribitur.

124 Ecclesia habet pro dote domum plebanalem cum omnibus pertinentiis domesticis pro residentia sui tl. parochi aedificatam. Pro sustentatione vero eiusdem habet laneum et alterius medium agrorum in tribus campis iacentium antiquitus ecclesiae adscriptum, nunc autem habet cmethonalem agrum Machniowskie Pustki dictum inter cmethonales agros iacentem per tl. Georgium Fridericum Henckiel dominii bythomiensis comitem anno Domini 1656 adiunctum et perpetuo in gratia prodonatum a praedicto comite ad id specialiter deputatum in possessionem ecclesiae datum, prout specificatur in inventario ecclesiae manu tl. parochi confecto, in tribus similiter campis iacentem. Item habet stagnum nuper recuperatum a domino fundi et piscinam. Item prata inter infra eosdem agros iacentia, item duos inquilinos in fundo ecclesiae locatos. Item habet decimam manipularem post agros praediales, quae non extraditur. Habet etiam missalia ex singulis laneis unam metretam siliginis et alterum avenae, quae in unum collata antiquitus faciebant tria maldrata siliginis et totidem avenae mensurae aequalis bythomiensis. Item habet pro fabrica summam trecentorum talerorum silesiticorum, per diversos parochianos fundatorum et diversis in locis locatorum, prout specificatur in inventario ecclesiastico manu tl. Visitatoris subscripto. Domus pro rectore scholae non est, qui etiam habet certum agrum in tribus campis iacentem.

## Decretum reformationis pro ecclesia parochiali piekariensi:

1) Murus coemiterii ruinosus reparetur ac scandulis tegatur. Ossa mortuorum convocato ex ambona populo et adhibitis caeremoniis circa hunc actum adhiberi solitis sepeliantur.

2) Domus pro rectore scholae communi sumptu parochianorum aedificetur et rector, qui eorum iuventutem instruat, foveatur.

3) Et ecclesia et campanile et ossorium, quae celeri indigent reparationi, ope et auxilio parochianorum sine mora reficiantur.

4) Omnia sacramenta per tl. parochum gratis administrentur et si quid facta eorum administratione a fidelibus per modum eleemosynae offeratur, licite accipiatur. Ac quoties tl. parochus a sua ecclesia abfuerit, toties idoneus

presbyter, qui eius vices in abeundo cura pastoralis debite gerat, substituatur.

5) Debita ecclesiae ratione principalis summae trecentorum talerorum silesicorum pro posse per tl. parochum vindicentur et vindicata pro fabrica ecclesiae cum scitu vitricorum, qui semper propter maiorem fidem adhibeantur, applicentur. Crux argentea fracta pristino decori ecclesiae restituatur.

6) Missalia ex agris cmethonalibus in praediales conversis antiquitus a cmetonibus reddi solita ob iure, ne proventus parochus pereat, evincentur, ut ex praedio extradantur. De caetero tl. parochus ita suo bono exemplo et virtutum odore omnibus in promovendo cultu divino prodeat, ut illud impleatur, quod per divinum Paulum ad Corinthios pro reformatione nobis dicitur: Bonus odor Christi in omni loco simus, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Datum in villa Piekary die 17 mensis maii anno Domini 1657.

### *Kamień villa*

Ecclesia murata tituli sanctorum Petri et Pauli apostolorum, consecrata, cuius consecrationis anniversaria dies celebratur dominica proxima post festum s. Mathaei apostoli et evangelistae. Habet campanile muratum, in quo sunt duae campanae, tertia parva pro signo in ecclesia. Coemiterium muro circumcirca obductum et scandulis per partes tectum. Iurispatronatus et collationis generosi domini Venceslai Kamiński, villae dictae haeredis. Ciborium in tabernaculo maioris altaris situm bene clausum, continens duas pixides argenteas intra ciborium et operculum inauratum et cupreum cum sacculo sericeo pro asservando venerabili Sacramento. Bursa sericea cum stola habetur pro eodem ad infirmos deferrendo. Altaria stabilia seu fixa murata sunt tria consecrata, quorum unum minus exsecratum. Portatile seu mobile unum consecratum. Attinentia altarium: Corporalia novem, purificatoria quindecim, pallae tres, bursae tres, vela diversi generis colorum septem, albae sex, cinguli tria, humeralia sex, lintea varia sublata, linteola longolata viginti, manutergia duodecim, mappae duae et viginti diversae. Baptisterium lapideum in medio ecclesiae locatum bene clausum, continens vas pro aqua benedicta fontali, cupreum, piscina quoque penes baptisterium excavata bene tecta. Olea sacra in chismali stanneo tripartito a latere Evangelii maioris altaris in armario bene clauso reconduntur, vetera in lapide peculiari huic usui accomodato comburuntur. Sacrarium muratum foribus firmis clausum, in quo haec inventa suppellex ecclesiae: Monstrantorium argenteum cum corona aurofrasili tecta. Calices cum patenis tres inaurati, quorum unus nondum est consecratus. Crux argentea cum reliquiis sanctis. Pacificale argenteum cum cera benedicta, thuribulum argenteum cum navicula tota inaurata. Ampullae argenteae inauratae cum pelvicula argentea. Casulae cum suis attinentiis diversorum colorum sex. Pluvialia duo, antependia diversa tria, ferra pro pinsandis hostiis. Pannus altaris et alter feretri. Vexilla sunt. Cista habetur bene clausa, in qua pecuniae ex eleemosynis piorum pro necessitatibus ecclesiae per vitricos asservantur et expenduntur. Libri ecclesiae: Missalia romana tria, rituale, antiphonale, graduale et psalterium sunt boni. Liber metrices baptisatorum et matrimoniorum contractorum scribitur. Caetera in inventario ecclesiae specificantur manu tl. Visitatoris-subscripto.

125

Dos ecclesiae: Habet supradicta ecclesia domum plebanalem pro mansionem sui tl. parochi cum horto et pomario et aliis domesticis attinentiis haud malam. Pro sustentatione vero eiusdam habet agros in tres seminationes divisos iuxta campos villae iacentes. Pro prima seminatione habet unum laneolum versus Dąbrówka longitudinis undecim stadiorum, latitudinis quindecim sulcorum. Pro secunda alterum laneolum versus villam Brzozowice Winnica vocatum longitudinis trium stadiorum, latitudinis plus quam ducentorum sulcorum et alium versus Bythomium longitudinis quinque stadiorum, latitudinis quindecim sul-

126

corum. Pro tertia laneolum inter compita viarum versus Dąbrówkam et Charzowice ducentium quatuor stadiorum longitudinis, sulcorum decum latitudinis et alium ex opposito longitudinis duorum stadiorum, latitudinis centum plus minus sulcorum. Habuit antea liberam piscationem in fluvio circum fluente, sed nunc impeditur a domino fundi. Habet etiam decimam manipulare in villa Kamień post duos curiales seu praediales agros in unum nunc iunctos et post molitorem et Valentinum Kusz in curialibus locatos agris. Item decimas in villa Koszęcin iuxta metas et terminos dioecesis wratislaviensis episcopatus et totali eiusdem villae territorio ac ditsrictu de mensa episcopatus cracoviensis per tl. Paulum Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopum cracoviensem cum consensu venerabilis capituli cracoviensis anno Domini 1277 in octava s. Michaelis Archangeli, prout erectio loquitur, datas et donatas, quae redimuntur florenis polonicalibus octo decem, ut inventarium proventuum ecclesiarum dicit. Item decimam post praedium ante Bythomium Paniowskie dictum, controversam, decreto tl. Caesareae Majestatis commissionis die 22 mensis martii anno Domini 1631 adiudicatam, quae antea pecuniis redimebatur. Habet ad extremum missaliorum in villis Kamień et Brzozowice alias Odol a cmethonibus ex curia Brzozowice ex cmethonibus erecta unum maldratum siliginis et totidem avenae mensurae aequalis bythomiensis. Habet certa pecunia legata a parochianis pro fabrica et vaccam unam. Habet et domum pro rectore scholae cum horto et duobus stadiis agri per tl. parochum datis.

Capella in villa Bobrowniki lignea tituli s. Laurentii nulla habet apparamenta, in qua semel per annum celebratur pro patrocinio eiusdem. Habet centum florenos polonicales coram actis terrestribus ducatus severiensis a generosa domina Catharina Skidzińska anno Domini 16 (bliżej daty nie podano) insertos et in praefata villa Bobrowniki locatos pro censu annuo ratione reparationis dictae capellae persolvendos. Ad praedictam ecclesiam spectant villae Kamień, Brzozowice alias Odol, Bobrowniki, Zychcice et Dąbrówka, ex quibus ecclesia pro Pascha confitentium et communicantium numerantur septingenti.

#### Decretum reformationis pro ecclesia parochiali Kamienensi.

- 1) Coemiterii murus, ubi opus est, quantocius reparetur et scandulis tegatur.
- 2) Tectum sacrarii reficiatur et ossorium pro ossibus mortuorum ope et auxilio parochianorum exstruatur.
- 3) Formae seu scamna in ecclesia reformantur et meliori ordine collocentur.
- 4) Doctrina christiana singulis diebus dominicis et festivis (iuxta constitutiones synodales provinciales et dioecesanās Szyszcovianas statutas) populo ad divina audienda congregato ex ambona proponatur.
- 5) Omnia sacramenta et sacramentalia gratis per tl. parochum administrentur. A quorum administratione nihil omnino extorqueatur, sed quidquid sponte a fidelibus per modum eleemosynae offertur, grato animo accipiat.
- 6) Inventarium suppellectilis ecclesiae et proventuum (prout fecit suus antecessor) in aliquo libro ligato conscribatur et ad subscribendum tl. Visitatori quamprimum data occasione porrigatur.
- 7) Et bona ecclesiae alienata et decimae et pia pro fabrica eius legata in inventario ecclesiastico apud diversos parochianos specificata, quae numerantur 174 fl. pro posse iuramento in iudicio hoc abstricto vindicentur et cum scitu vitricorum pro fabrica ecclesiae expendantur calculo singulis annis medialiter. Caetera tl. parochus sua diligentia iuxta apostolum s. Petrum c.l dicentem: A Deo sedula compensabitur, ut probatio eius fidei multo pretiosiori auro, quod per ignem probatur inveniatur in laudem et gloriam et honorem ac revelationem Jesu Christi. Datum in villa Kamień die 18 mensis maii 1657.

127

*Miechowice villa*

Ecclesia parochialis murata igne devastata fuit, nunc per generosum Venceslum Kuczambor reparata, tituli s. Crucis, nondum consecrata. Habet ossorium, campanile muratum cum una campana et altera refusa Siewierii oppignorata per unum collatorem, et coemiterium novo circumcirca obductum scandulisque contextum. Iurispatronatus haeredum villae Miechowice. Ciborium in maiori altari locatum bene ornatum, continens pixidem cupream cum sacculo sericeo pro asservando venerabili Sacramento et bursam pro deferendo ad infirmos eodem. Baptisterium ligneum in medio ecclesiae situm iam putridum, occlusum, in quo vas aereum cum aqua benedicta non munda est repertum. Piscina versus maius altare. Olea sacra in chrismali stanneo tripartito vetera inventa, quae in sacristia asservantur. Altaria fixa seu stabilia tria murata non consecrata et unum mobile cum portatile exsecratum. Attinentia altarium: Corporalia duo, purificatoria duo, pallae duae, bursae duae, vela tria, albae duae, cinguli duo, linteola longolata quatuor, manutergia tria, mappae diversae novem. Sacristia itidem murata, foribus bonis clausa, in hac suppellex ecclesiae est inventa: Monstratorium cupreum fractum, calix cupreus totus inauratus, casulae duae, una nigra altera discolor, cum suis attinentiis, antependia picta tria. Cista habetur, in qua per vitricos ecclesiae pecunia ex oblationibus piorum fidelium servantur. Libri ecclesiae: Missale, agenda administrandorum sacramentorum, liber metrices baptisatorum et matrimoniorum contractorum scribitur. Sunt et alii libri contioni deservientes ecclesiae applicati. In inventario ecclesiae, manu tl. Visitatoris subscripto specificati.

Ecclesia habet domum plebanalem pro mansionem sui rectoris, pro sustentatione vero eius habet tres laneos agri in tribus campis iacentes ac tres seminationes divisos. Item habet unam piscinam desolatam. Habet decimam post agros praediales in villis Miechowice et Bobrek. Item habet missaliorum ex villis Miechowice, Bobrek et media Rokitnica quatuor maldrata siliginis et quatuor maldrata avenae mensurae aequalis bythomiensis. Habet vaccam unam pro usu tl. parochi, alteram pro fabrica legatam. Item habet carta pia legata, prout in decreto reformationis significabitur. Domus pro rectore scholae non est, debet apud parochianos per modum inquilini manere.

## Decretum pro ecclesia parochiali miechowicensis reformationis.

Commenda et facultas celebrandi in praedicta ecclesia, missas nec non confessiones excipiendi etiam in casibus Sedi ordinarie reservatis dari solita, data est tl. Stanislao Plotowski.

1) In ecclesia, quae nondum est consecrata, nunquam celebretur nisi durante praevia tl. loci Ordinarii facultate, altareque mobile seu portatile consecratum, cum hoc vetus ac violatum comparetur.

128

2) Baptisterium decentius in medio ecclesiae affirmetur, vasque aliud convenientius pro aqua fontali benedicta, quae saepe calari debet, ematur ac piscina intra supradictum baptisterium bene tecta accomodetur.

3) Armarium a latere Evangelii maioris altaris in pariete cavatum pro servandis oleis sacris paretur, lapisque pro comburendis veteribus peculiaris, qui in scordino loco asservetur, habeatur. Campanile et domus pro rectore scholae aedificentur et haec omnia communi sumptu et ope omnium parochianorum facile fieri poterunt.

4) Omnia sacramenta et sacramentalia gratis per tl. commendarium administrantur et si quid facta eorum administratione a piis fidelibus sponte offeretur, licite accipiantur. Doctrina quoque christiana singulis diebus dominicis et festivis (iuxta catechismum romanum) populo ad divina audienda congregato ex ambona proponatur.

5) Campana ecclesiae a nobli Christophoro Suchodolski cum quatuor alve-

aribus apum accepta et oppignorata item vacca ab Eva Krzewczanka ecclesiae legata a nobili Stanislao Suchodolski usurpata, item quatuor taleri et medius silesitici antiquae monetae a molitore in Rokitnica doti ecclesiae destinati pro posse vindicentur et cum scitu vitricorum fabricae ecclesiae applicentur collatore mediante. De caetero tl. parochus augendo divinum cultum et imitando Dominum omnibus tantum det ad imitandum sui exemplum, ut illud impleatur, quod per divinum Paulum c.l ad Euhesios nobis pro reformatione dicit: Et vos imitatores facti estis Domini, ita ut facti sitis forma omnibus credentibus. Datum in villa Miechowice die decima nona mensis mayi anno Domini 1657-mo.